



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 75. Papa per Maduanum, & Suessam Duces ad submittenda auxilia  
compulsus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

„lanquenti subinde regni hujus cordi Sæcul. XVI.  
A.C. 591.  
 „propria manu parata adhibuerit, nam  
 „ex eo mox proculdubio secuturum  
 „spero, ut salva, & incolumi civitate  
 „illa, quæ est totius Regni sedes, regnum  
 „uni deferatur, qui & Catholicæ Reli-  
 „gionis tuendæ, & publicæ quietis re-  
 „ducendæ, qua salus ejus constat, dux,  
 „& auctor esse possit, adjutus potenti  
 „subsidio, quod ego pro securitate,  
 „ac Parisinorum incolumitate erogare  
 „destinavi, ac pollicitus sum.„ Enim-  
 vero hic Pontifex promissis suis integra  
 fide stetit, utque foederatorum progres-  
 sus promoveret, Paulum Sfondratum  
 Nepotem suum Cardinalitia dignitate  
 augebat, Herculem vero alterum suum  
 Nepotem Massæ Principis Filiæ despon-  
 fabat, eumque Mense Martio supremum  
 exercitus in Gallias destinati Bellidu-  
 cem pronuntiabat.

### §. LXXV.

*Papa per Maduanum, & Sueffam*

*Duces ad submittenda auxilia  
compulsus.*

**H**ac agendi ratione Pontifex Maduani Dævil. &  
Thu. l.c.  
 animum tantopere erigebat, ut hic  
 Petrum Balduinum Portam, qui eidem  
 Maduano ab epistolis erat, rursus Ro-  
 manum ablegaret, ut Lotharingium Car-  
 dinalem a foederatis eo decretum co-  
 I 3 mitare-

Sæcul. XVI. mitaretur, necnon Pontificem urgeret,  
 " A.C. 1591. quatenus Montis Marciani Duce quan-  
 tocius proficiisci juberet, qui per Sab-  
 audiæ ditiones, & Burgundiæ Comi-  
 tatum in Lotharingiam contendere, &  
 copiis, quas Turennius Vicecomes, &  
 Anhaltinus Princeps pro Rege in Ger-  
 mania conscriperant, transitum inter-  
 cluderet: præterea Suevæ Dux, qui  
 Regis Catholici Orator apud summum  
 Pontificem Olivario Comiti successorat,  
 vehementer Gregorium XIV. sollicita-  
 bat, ut Ecclesiasticorum bonorum par-  
 tem in Hispania ad necessarios belli sum-  
 ptus exigere suo Principi liceret: ve-  
 rum Ecclesiæ bona alienari omnino pro-  
 hibuit Pontifex, nonnisi copiarum au-  
 xilia submittens: insuper foederati ad  
 Helvetios quosdam emittebant, qui sex  
 peditum millia conducerent, & de cen-  
 tum millibus aureorum, Helvetiis fol-  
 vendorum, pro quorum solutione Ro-  
 mæ facienda Cajetanus Cardinalis fi-  
 dem suam interponere rogabatur, cum  
 Pagis Catholicis transigerent: his igit-  
 tur suppetiis auctus Maduanus Dux se  
 insignem victoriam de regiis copiis re-  
 portaturum sibi pollicebatur.

Porro cum Papa exercitum in Gal-  
 lias destinatum colligeret, interea Hen-  
 ricus IV. Carnutum contendit, ut an-  
 nonam, quæ copiosius ex Belsia ad Pa-  
 risinam

risinam urbem deferebatur, penitus Sæcul. XVI.  
 intercluderet: de cetero Rex tam caute A.C. 1591.  
 expeditionis suæ propositum incertum  
 hosti relinquebat, ut Carnutum jam  
 obsesum, captumque esset, quin Regis  
 copias urbi esse admotas plene innotesce-  
 ret: hujus autem successus opportuni-  
 tate Rex universam Belsiam sibi sub-  
 jecerat.

### §. LXXVI.

*Regis Clientes in tres factiones divisi.*

Verum dissensio inter ipsos regios Thuan. &  
 clientes exorta nonnihil victoriarum Dav. l. c.  
 successum morabatur, quippe eorum  
 tres dominabantur factiones, quarum  
 prima erat Calvinistarum, qui, ut Rex  
 Catholicæ Religionis præceptis imbue-  
 retur, nullatenus permittebant, mi-  
 nitantes, se ab ejus partibus defectu-  
 ros, si hac de re Rex vel minimam fa-  
 ceret mentionem: eapropter cunctas  
 Henrici IV. actiones explorabant, eum-  
 que semper vigili oculo observabant.  
 Altera factio erat illorum Catholicorum,  
 qui aut vero, seu facto fidei Zelo ani-  
 mati Regem a Calvini erroribus abdu-  
 cere nitebantur, palam questi, si Rex  
 hisce hæreticis dignitates, atque offi-  
 cia committere, vel cum eis familiariter  
 agere pergeret. Tandem tertia fa-  
 ctio ex Henrici III. Regis clientibus